



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Vitis Aqvilonia seu Vitæ Sanctorvm Qvi Scandinaviam  
Magnam Arctoi Orbis Peninsvlam Ac præsertim Regna  
Gothorum Sueonumq[ue] olim rebus gestis illustrarunt**

**Vastovius, Johannes**

**Coloniæ Agrippinæ, Anno M.DC.XXIII.**

Helena de Schedvvi M.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38534**

S. HELENA DE SCHEDVI,  
VIDVA ET MARTYR FLORVIT  
ANNO CHRISTI 1160.

ALEXANDRO III. Pontifice.

FRIDERICO BARB. Imperatore.

S. ERICO Rege.

**H**ELENA Nobilibus parentibus, apud Vestrogo- Helena ortus.  
thos patre Guthormio Duce Sueciæ orta, veluti  
viola odorifera post infidelitatis brumã, vel post  
noctis caliginem stella matutina apparuit, exem-  
plis radians & signis coruscans. Hæc à tenera ætate instar Su- Educatio.  
fannæ in lege & iustificationibus Domini erudita est: cum  
autem ad nubiles peruenisset annos viro tradita, eũ tanquam  
Sara Thobiam iuniorem cum timore Dei suscipere consen-  
sit. Mortuo vero marito quamuis eam ad secundas nuptias Mortuo mari-  
to statum eligit  
viduitatis Deo  
expeditus ser-  
uendi studio.  
ætates & opes vocarent, elegit potius Deo per spirituales nu-  
ptias coniungi, quæ à luctu quidem incipiunt, sed æternis ter-  
minantur gaudiis; quam carnalibus subiici nuptiis, quarum  
initium lætum solet esse, progressus molestus, finis luctuosus.  
Vinculo igitur maritali soluta, laboriosam viduitatis vitam  
degens Iudith sanctæ mulieris imaginem in se expressit. Nam Ieiunio & ora-  
tionibus inten-  
ta.  
omnibus diebus vitæ suæ ieiuniis & orationibus intenta, Domi-  
no fideliter seruiebat: domus eius viatori patuit semper, &  
de velleribus ouium eius calefactus est pauper. Ad sepulchrũ  
Domini visendum adorandumq; maximo deuotionis studio Hierosolymam  
peregrè profi-  
cisitur.  
accensa, Hierosolymam profecta religiose totũ illud iter per-  
egit. Vnde postquam multiplici spiritualium gaudiorum di-  
tata fructu reuertitur, nardus eius dedit odorem suauitatis.  
Dilexit præterea decorem domus Dei: Nam magnam Eccle- Ecclesiam Sche-  
duensem ma-  
gna ex parte  
condidit.  
Prophete spi-  
ritu prædita.  
siæ Scheduensis partem, in qua postea sacrum eius corpus de-  
positum fuit, suo sumptu extruxit. Prophetiæ quoque spiritu  
prædita fuit, quippe quæ obitus sui diem & sepulturæ locum  
ante prædixit. Dum sic sancta Deoque dilecta mulier, in assi-  
duo bonorum operum exercitio versaretur, accidit vt gener Gener eius in  
coniugem sa-  
uus à feruis oc-  
ciditur.  
eius vir potens ob sæuitiam qua in coniugem utebatur nimia  
G à feruis

*S. Helena calumnia impingitur.*

*Benigna in calumniatores.*

*Ad Ecclesiam tendens interficitur.*

*Corpore domū reuēto desideratur digitus.*

*Indicio celestis splendoris reparitur. Cæcus eius tactu illuminatur.*

*S. Helena in Diuorum Catalogum relata.*

à seruis contumelias Dominæ suæ iniquo animo ferentibus occideretur. Eius necis famulam Dei propinqui non modo consciam sed authorem etiam fuisse inique calumniati sunt. Ipsa vero pacis & bonitatis filia, innocentia alumna, beneficiebat iis qui eam oderant, & orabat pro persequentibus & calumniantibus se, plena spei, quod eo pacto luculentior in cælis mereretur coronam. Quadam igitur die dum in Villa Gotheue ad Ecclesiam contenderet, ab aduersariis ex insidiis prorumpentibus, multis grauibusque inflictis vulneribus, crudeliter est interfecta. Corpus eius qui in comitatu aderāt, familiares non sine lachrimis domum reuexerunt: atq; tunc primum animaduersum, digitum vnum deesse: Sed illum diu latere non passus est ille qui custodit ossa sanctorum suorum. Miro splendore lumen è cælo affulgens, eum inter dumeta demonstrauit; cuius miraculi fama excitus è vicinia cæcus accurrit, ardentissimo desiderio digiti videndi flagrans fideque plenus eum manu prehendit, moxque oculorum lumen recepit. Eam Stephanus Archiepiscopus Vpsalensis iussu Alexandri Papæ III. Carolo VII. Gottorum Sueonumque Rege instante, ob sanctimoniam vitæ & miraculorum operationem in sanctorum numerum retulit, Anno Domini Millesimo Centesimo Sexagesimo quarto, statuitque diem anniuersariam quæ est Vltima Iulii. Vitam eius & miracula conscripsit B. Brinolphus Episcopus Scarenfis, quam videre hactenus nequiuimus.

*De ea Scriptores rerum Sueticarum & breuiaria antiqua, Ioan. Mag. lib. 19. Histor. Goth. cap. 7. Molanus & Canisius in suis Martyrologiis, Thomas Bozius de Sig. Ecclesie Dei lib. 22. cap. 2. Cas. Bar. Tom. 12. pag. 516.*

IOAN-